

www.e-rara.ch

Marc. Tul. Ciceronis Epistolarum familiarium libri XVI

Cicéron

Friburgi Helvetiorum, 1608

Bibliothèque cantonale et universitaire Fribourg

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-135309>

Liber XIII. M. T. C. Memmio S.P.D.I.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EPIST. FAM.

Illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo & quore ferrens, te tuis etiam legatis lictores ademisse. Honore enim dignum cum ignominia dignis non erant, comparandi: eosq; ex senatusconsulto, si non decedent, cogendos, ut decedant, existimo. Hæc fere ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, velim tibi persuadeas, non esse mihi meam diligentiam tua cariorem. Vale.

M. T. CICERONIS EPI-
STOLARVM FAMI-
LIARIVM

LIBER XIII.

M. T. C. MEMMIO

S. P. D. I.

ET si non satis mihi constiterat, cum aliquāne ani-
mi mei molestia, an potius libenter te Athenis vi-
surus essem, quod iniuria, quam accepisti, dolore me affe-
ceret: sapientia tua, qua fers iniuriam, latitia: tamen vi-
disse te mallet. Nam quod est molestia, non sanè multo
melius est, cum te non video, quod esse potuit voluptatis
certè, si vidissem te, plus fuisset. Itaq; non dubitabo dare o-
peram, ut te videam, cum id satis commodè facere pore-
ro. Interca quod per literas & agi tecum, & ut arbitror,
confici potest, agam. Nunc a te illud primum rogabo, ne
quid inuitus mea causa facias: sed id, quod mea intelli-
ges multū, tua nullam in partem interesse, ita mihi des, si
tibi, ut id libenter facias, antè persuaseris. Cum Patrone
Epicura mihi omnia sunt: nisi quod in philosophia ve-
hemētè ab eo dissentio. Sed & initio Roma, cum te quo-
que,

que, & ^{quos} omneis observabat, me coluit in primis &
 nuper, cum ea que noluit, de suis comodis & premijs co-
 secutus est, me habuit suorum defensorum & amicorum
 fere principem: & iam a Phadro, qui nobis, cum pueri
 essemus, ante quam Philonem cognovissemus, valde ut
 philosophus, postea tamen, ut vir bonus, & suavis, & of-
 ficiosus probabatur, traditus, mihiq; commendatus est.
 Isigitur Patro, cum ad me Romam literas misisset, uti te
 sibi placarem, peteremq; ut nescio quid illud Epicuri pa-
 rietinarum sibi concederes nihil scripsi ad te ob eam rem,
 quod adificationis tue consilium mea comendatione no-
 lebam impediri. Idem, ut veni Athenas, cum idem ut ad
 te scriberem, rogasset, ob eam causam impetravit, quod
 te abiecis- se illam adificationem constabat inter omneis
 amicos tuos. Quod si ita est, & iam plane tua nihil
 interest: velim, si qua offensuscula facta est animi tui,
 perveritate aliquorum (novi enim gentem illam) des te
 ad lenitatem, vel propter tuam summam humanitatem
 vel etiam honoris mei causa. Equidem si quid ipse sentia,
 queris, nec cur ille tantopere contendat video, nec cur tu
 repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest,
 quam illi laborare sine causa. Quamquam Patronis &
 orationem & causam tibi cognitam esse certo scio: hono-
 rem, officium, testamentorum ius, Epicuri auctoritatem,
 Phadri obtestationem, sedē, domiciliū, vestigia summo-
 rum hominum sibi agenda esse dicit. Totam hominis vitā,
 rationemq; quā sequitur in philosophia, deridicamus li-
 cet, si hanc eius contentione volumus reprehendere. Sed
 mehercule quando illi ceterisq; quos illa delectant, non
 valde inimici sumus: nescio, an ignoscendum sit huic, si
 tantopere laborat: in quo etiam si peccat, magis ineptijs,
 quam improbitate peccat. Sed ne plura (dicendum enim
 aliquan-

EPIST. FAM.

aliquando est) Pompeium Atticum sic amo, ut alterum fratrem: nihil est illo mihi nec charius, nec incundius. Is (non quo sit ex istis, est enim omni liberali doctrina politissimus: sed valde diligit Patronem, valde Phædrum amavit) sic a me hoc contendit homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus, ut nihil unquam magis: nec dubitat, quin ego à te uti hoc consequi possem: ita etiam si edificaturus esses. Nunc vero si audire te adificationem deposuisse, neque tamen me à te impetrasse, non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. Quamobrem peto à te, ut scribas ad tuos, posse tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quod ἡ πόλις καὶ τὸ πρὸς οὐκ ἔστιν ἡ πόλις vocant, tolli. Sed redeo ad primum. Prius velim tibi persuadeas, ut hoc mea causa libenter facias, quam ut facias. sic tamen habeto: si feceris, quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

M. T. C. MEMMIUS

S. P. D. 2.

C Aio Aniano Euandro, qui habitat in tuo sacro-rio, & ipso multum utor, & patrono eius Acemilio familiarissime. Peto igitur a te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes. Nam propter opera instituta multa militum, subitum est ei remigrare Calend. Quint. Imperdior verecundia, ne te pluribus verbis rogem. Neque tamen dubito, quin, si tua nihil, aut non multum interest, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares, mihi certe gratissimum feceris. Vale.

M. T. C. MEMMIUS

S. D. 3.

Aulum

Avlum Fusium vnum ex meis intimis obseruantissimum studio³issimumq³ nostri, eruditū hominem & summa humanitate, tuag³ amicitia dignissimum, vclim ita tractes, vt mihi coram recepisti. Tam mihi gratum id erit, quā quod gratissimum. Ipsum præterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F. ORCAE

LEG. PROPRAET. S. D. 4.

Cum municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est: magno enim meo beneficio affecti, cumulatissime mihi gratiam retulerunt: nam nec in honoribus meis, nec in laboribus unquam defuerunt. Cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen quod te vehementissime diligo, quodq³ me à te plurimi fieri sentio, & monerem te, & hortarer, vt eorum fortunis confuleres, praesertim cum propè præcipuam causam haberent adius obtinendum. Primum, quod Syllani temporis acerbiter, Deorum immortalium benignitate subterfugerunt. Deinde quod summo studio popul. Rom. à me in consulatu meo defensi sunt. Cum enim tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgassent, facile S. P. Q. R. persuasi, vt eos ciues, quibus fortuna pepercisset, saluos esse vellent. Hanc actionem meam C. Caesar primo suo consulatu in lege Agraria comprobauit, agrumq³ Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberauit: vt mihi dubium non sit, quin is, qui nouas necessitudines adiungat, vetera sua beneficia conseruari velit. Quamobrem est tuae prudentiae, aut se qui eius auctoritatem, cuius sectam atq³ imperium summa cum tua dignitate secutus es: aut certe illi integram

EPIST. FAM.

omnem causam reservare. Illud verè dubitare non debet, quin tam grave, tam firmum, tam honestum munus-
cipium tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligari
velis. Sed hæc quæ scripta sunt, supra, eo spectant, ut te
horter & suadeam. Reliqua sunt, quæ pertinent ad ro-
gandum: ut non solum tua causa tibi consilium moda-
re putes, sed etiam quod mihi opus sit, me à te petere &
rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterran-
os omnibus rebus integros incolumeis quæ esse volueris.
Eorum ego domicilia, sedes, rem, fortunas, quæ à dijs im-
mortalibus & à præstantissimis in nostra Repub. civibus
summo S. P. Q. R. studio conservatæ sunt, tuæ fidei
iustitiæ bonitatiq; commendo. Si pro meis pristinis opi-
bus facultatem mihi res hoc tempore daret, ut ita de-
dere possem Volaterranos, quemadmodum consuevi
tueri meos, nullum officium, nullum deniq; certamen
in quo illis prodesse possem, prætermitterem. Sed quando
apud te nihilo minus hoc tempore valere me confido,
quam valuerim semper apud omnes, pro nostra summa
necessitudine pariq; inter nos & mutua benevolentia ab-
te peto, ut ita de Volaterranis merere, ut existiment, e-
quasi divino consilio isti negotio præpositum esse, apud
quem unum nos eorum perpetui defensores plurimū vi-
lere possemus. Vale.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F. ORCAE

LEG. PROPRAET. S. D. 5.

Non moleste fero eam necessitudinem, quæ mihi
tecum est, notam esse quàm plurimis, neq; tamē ob
eam causam, quod tu optimè existimare potes, te impe-
dio quo minus susceptum negotium pro tuæ fide & dili-
gentia ex voluntate Caesaris, qui tibi rem magnam diffi-
cilemq;

cilemque commisit, gerere possis. Nam cum multi à me petant, multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent, non committo, ut ambitione mea conturbem officium tuum. Cato Curtio ab incunte aetate familiarissimè sum usus. Eius ei Syllani temporis iniustissima calamitate dolui: & cum is qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis sui. Is habet in Volaterrano possessionem, cum in eam tanquam e naufragio reliquias contulisset. Hoc autem tempore eum Caesar in senatum legit: quem ordinem ille ista possessione amissa tueri vix potest. Gravissimum autem est, cum superior factus sit ordine, inferiore esse fortuna: minimeque convenit, ex quo agro, qui Caesaris iussu diuidatur, eum moveri, qui Caesaris beneficio senator sit. Sed mihi minus libet multa de aequitate rei scribere, ne causa potius apud te valuisse videar, quam gratia. Quamobrem te maiorem in modum rogo, ut C. Curtii rem, meam putes esse: quicquid mea causa faceres, ut id C. Curtii causa cum feceris, meum existimes. Quod ille per me habuerit, id me habere ab te putabo. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F. ORCAE

LEG. PROPRAET. S. D. 6.

Si vales, bene est: ego quidè valeo. Credo te memoria tenere, & me coram P. Cuspio tecum locutum esse, cum te prosequerer paludatum & idem postea plurimis verbis tecum egisse, ut quoscunque tibi eius necessarios commendarem, haberes eos in numero meorum necessariorum. Id tu pro tua summa erga me benevolentia,
per

EPIST. FAM.

perpetuāq; observantia mihi liberalissimè atque humanissimè recepisti. Cuspius homo in omnibus suis officiosis-
simus, mirificè quosdam homines ex ista provincia tue-
tur & diligit, propterea quod fuit in Africa his, cum
maximis societatis negotijs praeesset. Itaque hoc eius offi-
cium, quod adhibet erga illos ego mea facultate, & gra-
tia soleo, quantum possim, adjuvare. Quare Cuspiano-
rum omnium commendationis causam hac tibi epistola
exponendam putavi, reliquis epistolis tantum faciam,
ut notam apponam eam, quae mihi tecum convenit, &
simul significem de numero esse Cuspij amicorum. Sed
hanc commendationem, quam his literis consignare ve-
lui, scito esse omnium gravissimam. Nam P. Cuspius
singulari studio contendit à me, ut tibi quam diligentis-
simè L. Julium commendarem. Eius ego studio vix vi-
d'or mihi satisfacere posse, si utar verbis ijs, quibus, cum
diligentissimè quid agimus, uti solemus. Nova quaedam
postulat, & putat me eius generis artificium quoddam
tenere. Ego pollicitus sum, me ex intima nostra arte
deprompturum mirificum genus commendationis. Id
quando assequi non possum, tu re velim efficias, ut illi
genere mearum literarum incredibili quoddam per-
fictum arbitretur. Id facies, si omne genus liberalitatis,
quod & ab humanitate & potestate tua proficisci po-
rit, non modo re, sed etiam verbis, vultu deniq; expre-
seris: quae quantum in provincia valeant, vellem exper-
tus esses. Sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi
commendo, perdignum esse tuae amicitiae: nec id solum,
quia mihi Cuspius dicit, credo (tamen si id satis esse debe-
bat.) sed quia novi eius iudicium in hominibus & ami-
cis deligendum. Harum literarum vis quanta fuerit, pro-
pediem indicabo: tibi q; ut confido, gratias agam. Ego,
quod

qua te velle. quæq; ad te pertinere arbitrabor, omnia studiosè diligenterq; curabo. Cura ut valeas.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F.

S. P. D. 7.

Publius Cornelius, qui tibi has literas reddidit, est mihi à P. Cuspio commendatus: cuius causa quâtopere cuperem deberemq;, profectio ex me facile cognovisti. Vehementer rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quàm maximas, quàm primum, quàm sepiissime gratias agat. Vale.

M. T. C. CLUVIO

S. P. D. 8.

Cum in Galliam proficiscens, pro nostra necessitudine tuaq; summa in me observantia ad me domum venisses, locutus sum tecum de agro vectigali municipij Attellani, qui esset in Gallia, quantorq; opere eius municipij causa laborarem, tibi ostendi. Post tuam autem profectionem, cum & maxima res municipij honestissimi, mihiq; coniunctissimi, & summum meum officium ageretur pro tuo animo in me singulari, existimaui me oportere ad te accuratius scribere, etsi non sum nescius, & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit, tibiq; negotium datum esse à C. Cesare, non iudicium, præclare intelligo. Quare à te tantum peto, quantum & te facere posse, & libenter mea causa facturum esse arbitrator. Et primum velim existimes, quod res est, municipij fortunâ nas omneis in isto vectigali consistere: his autem temporibus hoc non capitum maximis oneribus pressum summis affectum esse difficultatibus. Hoc etsi commune videtur esse cum multis, tamen, (mihi crede) singulareis
huic

EPIST. FAM.

huic municipio calamitate accidisse: quas idcirco non
 commemoro, ne de miseris meorum necessariorum con-
 querens, homines quos nolo, videar offendere. Itaq; nisi
 magnam spem haberem, C. Casari nos causam municipi-
 pij comprobaturos: non erat causa, cur à te hoc tempore
 aliquid contenderē, sed quia confido, mihiq; persuasi, il-
 lum & dignitatis municipij, & equitatis, & voluntati
 etiam erga se habiturum esse rationem: ideo à te nō du-
 bitavi contendere, ut hanc causam illi integram conser-
 uares. Quod etsi nihilo minus à te peterem, si nihil audi-
 uissent te tale fecisse: tamen maiorem spem impetrandi
 nactus sum, postea quàm mihi dictum est, hoc idem à te
 Rhegienses impetravisse, qui etsi te aliqua necessitudine
 attingunt, tamen tuus amor in me sperare me cogit, te
 quod tuis necessarijs tribueris, idem esse tributurum
 meis, presertim cùm ego pro his vnis petam: habeam au-
 tem, qui simili causa laborent, complureis necessarios.
 Hoc me non sine causa facere, neq; aliqua leui ambitione
 commotum à te contendere, etsi te existimare arbitror:
 tamen mihi affirmanti credas velim, me huic municipio
 debere plurimum, nullum unquam fuisse tempus neque
 honorum neque laborum meorum, in quo nō huius mu-
 nicipij studium in me extiterit singulare. Quapropter à
 te etiam atque etiam pro nostra summa coniunctione,
 proq; tua in me perpetua & maxima benevolentia ma-
 iorem in modum peto atq; cōtendo, ut cum fortuna agi
 eius municipij intelligas, quod sit mihi necessitudinis
 officijs, benevolentia coniunctissimum, id mihi des.
 Quod erit huiusmodi, ut si à Cesare, quod speramus,
 impetraverimus, tuo beneficio nos id consecutos es-
 se iudicemus: sin minus, pro eo tamen id habea-
 mus, quando à te data est opera, ut impetrarentur.

Hoc cum mihi gratissimum feceris, tum viros optimos, homines honestissimos, eosdemq; gratissimos, & tua necessitudine dignissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisq; deuinxeris. Vale.

M. T. C. M. R V T I L I O

S. P. D. 9.

Cum & mihi conscius essem, quanti te facerem, & tuam erga me beneuolentiā expertus essem, nō dubitavi à te petere, quod mihi petendum esset. P. Sextium quanti faciam, ipse optime scio: quanti autem facere debeam, & tu & omnes homines sciunt. Is cum ex alijs te mei studiosissimum esse cognosceret, petiuit à me, ut ad te quam accuratissime scriberem de re C. Albini senatoris, cuius ex filia natus est L. Sextius optimus adolescēs, filius P. Sexti. Hoc idcirco scripsi, ut intelligeres non solum me pro P. Sextio laborare debere, sed Sextium etiam pro Albino. Res autē hęc est, à M. Laberio C. Albinus pradia in æstimationem accepit: quæ pradia Laberius emerat à Cesare de bonis Plotianis, ea si dicam non esse à Repub. diuidi, docere te videar, non rogare. Sed tamen cum Caesar Syllanas venditiones et assignationes ratas esse velit, quo firmiores existimentur sue: si ea pradia diuidentur, quæ ipse Caesar vendidit, quæ tandem in eius venditionibus esse poterit authoritas? Sed hoc quale sit, pro tua prudentia considerabis. Ego te planè rogo, atque ita ut maiore studio, instiore de causa, magis ex animo rogare nihil possim, ut Albino parcas, pradia Laberiana ne attingas. Magna me affeceris non modo letitia, sed etiam quodammodo gloria, si P. Sextius homini maxime necessario per me satisfecerit, cum ego illi plurimum debeam. Quod ut facias, te vehementer etiam atq;
etiam

EPIST. FAM.

etiam rogo. Maius mihi dare beneficium nullum potes.
Id mihi intelliges esse gratissimum. Vale.

M. T. C. CRASSIPEDI

S. P. D. 10.

Quanquam tibi praesens commendavi, ut potui diligentissime socios Bithyniae, reg³ cum mea commendatione, tum etiam tua sponte intellexi cupere ei societati, quibuscumq; rebus posses, commendare: tamen cum i³ quorum res agitur, magni sua interesse arbitrarerentur, me etiam per literas declarare tibi, qua essem erga ipsos voluntate, non dubitavi haec ad te scribere. Volo enim te existimare, me, cum universo ordini publicanorum multum semper libentissime tribuerim, idq; pro magni eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum in primis amicum esse hanc Bithynicae societati, quae societas ordine ipso & hominum genere pars est maxima civitatis, constat enim ex ceteris societatibus: & casu per multi sunt in societate valde mihi familiares, in primis quic is, cuius praecipuum officium agitur hoc tempore. P. Rupilius P. F. Menenius, qui est magister in eadem societate. Quae cum ita sint, maiorem in modum a te peto, Cn. Pupium, qui est in operis eius societatis, omnib. ius officiis atq; omni liberalitate tueare: curesq; ut eius opere, quod tibi facile factum est, quam gratissime sint sociis remq; & utilitatem sociorum (cuius rei quantam potestatem quaestor habeat, non sum ignarus) per te quam maxime defensam & auctam velis. Id cum mihi gratissimum feceris, tum illud tibi expertus promitto & spondeo, te socios Bithyniae, si is commendaris, memores esse & gratos cogniturum.

Vale.

M. T.

M. T. C. C. BRUTO

S. D. II.

Cum ad te tuus Quæstor M. Var. proficisceretur,
 commendatione egere enim non putabam. Satis
 enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more
 maiorum, qui, ut te non fugit, hanc quæstura coniunctio-
 nem liberorum necessitudini proximam voluit esse. Sed
 cum sibi a persuasisset ipse, meas de se accurate scripias
 literas maximum apud te pondus habituras, a meq. con-
 tenderet, ut quam diligentiſſimè scriberem: malui facere,
 quod minus familiaris tanti suavit. esse arbitraretur. Ut
 igitur debere me facere hoc intelligas, cum primum M.
 Terentius in forum venit, ad amicitiam senecam coniu-
 lit. Deinde ut se corroboraret, duæ causæ accesserunt,
 quæ meam in illum benevolentiam augerent. Una, quod
 versaretur in hoc studio nostro, quo etiam nunc maximè
 delectamur, & cum ingenio, ut nosti, nec sine industria.
 Deinde, quod mature se contulit in societates publicano-
 rum: quod quidem nolum, maximis enim damnis affe-
 ctus est, sed tamen causa communis ordinis mihi commē-
 datissimi fecit amicitiam nostram firmiorem. Deinde
 versatus est in vrisq. sub sellis optima & fide & fama, in
 ante hanc commutationem Reipub. petitioni sese dedit,
 honoremq. honestissimum existimavit fructum laboris
 sui. His autem temporibus à me Brundisio cum literis
 & mandatis profectus est ad Casarem: quæ in re & amo-
 rem eius in suscipiendo negotio perspexi, & fidem in con-
 ficiendo, ac rennuciando. Videor mihi, cum separatim
 de probitate eius & moribus dicturus fuissim, si prius
 causam, cur eum tantopere diligerem, tibi exposuissem.
 in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixisse.

EPIST. FAM.

Sed tamen separatim promitto, in meq; recipio, fore esse
tibi & voluptati & vsui. Nam & modestum hominem
cognosces & prudentem; & à cupiditate omni remo-
tissimum: præterea magni laboris summaque industria.
Neque ego hæc polliceri debeo; quæ tibi ipsi, cū bene co-
gnoueris, indicanda sunt. SED TAMEN in omni-
bus novis coniunctionibus interest, qualis primus aditus
sit, & qua commendatione quasi amicitia fores aperian-
tur. Quod ego his literis efficere volui: etsi ipsa per se
necessitudo quæstura effecisse debet: sed tamen nihil
infirmius illud hoc addito. Cura igitur, si me tanti facis,
quanti & Varro existimat, & ipse sentio, ut quàm pri-
mum intelligam, hanc meam commendationem, tan-
tum illi utilitatis attulisse, quantum & ipse sperarit, mihi
ego dubitarim. Vale.

M. T. C. BRUTO

S. P. D. 12.

Quia semper animaduerti, studio se te operam dare
ut ne quid meorum esset ignotum: propterea non
dubito quin scias, non solum cuius municipij sim, sed
am quàm diligenter soleam meos municipales Arpinates
tueri. Quorum quidem omnia commoda omnesq; sa-
cultates, quib; & sacra conficere, & sartia lecta adium
crarum locorumq; communium tueri possint, consistunt
in his vectigalibus, quæ habent in provincia Gallia. Ad
ea visenda pecuniasq; quæ à colonis debentur, exigenda
totamq; rem & cognoscendam & administrandam, lega-
tos equites Romanos misimus, Qu. Suffidam Qu. F. M.
Faucium M. F. Qu. Mamercum Qu. F. Peto à te maiora
rem in modum pro nostra necessitudine, ut ea res tibi con-
re sit, operamq; des, ut per te quam commodissimè nego-

bium municipij administretur, quam primumq; efficiatur: ipseq; quorum nomina scripsi, ut quam honorificentissime pro tua natura, et quam liberalissime tractes. Bonos viros ad tuam necessitudinem adiunxeris; municipiumq; gratissimum beneficio tuo deminueris: mihi vero eo etiam gratus feceris, quod cum semper tueri municipes meos consuevi, tum hic annus precipue ad meam eorum officijq; pertinet. Nam constituendi municipij causa hoc anno dilem filium meum fieri volui, & fratru filium, et L. Cassum hominem mihi maxime necessarium (is n. magistratus in nostro municipio, nec alius ullus creari solet.) Quos cohonestaris, in primisq; me, si Resp. municipij, tuo studio & diligentia bene administrata erit. Quod ut facias, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. BRUTO

S. P. D. 13.

Alia epistola communiter commendavi tibi legatos Arpinatum, ut potui diligentissime, hac separatim Qu. Saffidium, quo cum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo: non ut aliquid de illa commendatione diminuam, sed ut hanc addam. Nam & priuignus est M. Cassy mei maxime & familiaris & necessarius, & fuit in Cilicia mecum tribunus militum: quo in munere ita se tractauit, ut accepisse ab eo beneficium viderer non dedisse. Est praeterea quod apud te valet plurimum, a nostris studiis non abhorrens. Quare velim eum quam liberalissime complectare: operamq; des, ut in ea legatione quam suscepit contra suum commodum, secutus auctoritatem meam, quam maxime eius excellat, industria. Vult enim ad quod optimo cuique natura tributum est, quam maximam laudem cum a nobis, qui eum impuls-

EPIST. FAM.

inquit tum. à municipio consequi: quod ei continget: si
hac mea commendatione tuum erga se studium erit
consecutus. Vale.

M. T. C. I. C. B. R. V. T. O

S. P. D. 13.

Iucius Castronius Patus longè princeps municipij
Lucensis, est honestus, gravis, penus officij, bonus
planè vir, cum virtutibus, tum etiam fortuna. si quid
hoc ad rem pertinet ornatius: meus autem est familiaris-
simus, sic prorsus, ut nostri ordinis observet neminem
diligentius. Quare & ut meum amicum, & ut tua di-
gnum amicitia tibi commendo. Cui quibuscumque rebus
commodaveris, tibi profecto iucundum, mihi cerè erit
gratum. Vale.

M. C. B. R. V. T. O

S. P. D. 15.

Lucio Titione Sir, bone, equite Romano in primis
honesto et ornato familiarissimè utor. Omnia mihi
cum eo intercedunt iura summe necessitudinis. Huius
in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea
à Vo. catio, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliam est.
Peto à te hoc diligentius, quàm si mea res esset, quò
honestius de amicorum pecunia laborare, quàm de suis
ut negotium conficiendum cures, ipse suscipias, transi-
gas, operamque des. quoad tibi æquum & rectum vide-
bitur, ut quam commodissima conditione liberius Sir-
bonus, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat,
ad nummosque perveniat. Id & mihi gratissimum
erit. & ut ipse L. Titionem cognoscere amicitia tua di-
gnissimum. Quod ut tibi cure sit, ut omnia solent esse
quod

que me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Val.

M. T. CIC, C. CAESARI IMP.
S. P. D. 16.

Pracilius tibi commendo vnicè, tui necessarij, mei familiarissimi, vni optimi filium: quem cum adolescentem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum, & amorem erga me singularem mirificè diligo: tuum patrem eius, re doctus, intellexi, & didici mihi fuisse semper amicissimum. En hic ille est, de illis maxime, qui irridere atq; oburgare me solent, quod me non tecum, praesentim cum abs te honorificentissime inuitarer, coniungerem. Αλλ' εμὸν ἄπο πρὸς ὑμῶν οὐ σήθεον ἐπεῖθεν, ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. Audiebam enim nostros proceros clamitantes, ἀλλοιμὲν ἑσ' ἵνα τις σε καὶ ὀψιγόνων εἰσπῇ. Sed tamen idem me consolatur: & iam hominē perussū etiamnum gloria volunt incēdere: atq; ita loquuntur: ἀλλ' ἄγε πάρεμενοις; & δαί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολέσθ', ἀλλὰ μέγα ρέζας τίς ἑσσομένοισι πυχάδω. Sed me minus iam mouent, ut vides. Itaque ab Homeri magniloquent a confero me ad vera praecepta Eὐπίδου. μισῶ σοφιστῶν, ὅστις ἐχ' αὐτῷ οὐδός. quem versum senex Praecilius laudat egregiè, & ait posse eundem & ἀμα πρὸς ὧν καὶ ὁπείσω videre, & tamen nihilominus αἰεὶ ἀριστεῖν, καὶ ὑπεροχὸν ἐμμεναι ἄλλων. Sed ut redeam ad id, unde coepi: vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitatem tua, quae est singularis, comprehenderis: & ad id, quod ipsorum Praeciliorum causate velle arbitror, addi-

EPIST. FAM.

deris cumulum commendationis meae. Genere nono sum
literarum ad te usus, ut intelligeres non vulgarem esse co-
mendationem. Vale.

M. T. CICERO C. CAESARI

IMP. S. D. 17.

Publium Crassum ex omni nobilitate adolescentem
dilexi plurimū: & ex eo, cum ab inueniente ante be-
ne sperauissem, tū optimè existimare coepi ex iis indicij-
bus quae de eo fecerā cognitis. Eius libertū Apollonium iam
tum equidē, cum ille viveret, & magnificiebam, & pro-
babā. Erat n. & studiosus Crassi, et ad eius optima stu-
dia vehemēter aptus. Itaq; ab eo admodum diligebatur.
Post mortem autem Crassi, eo mihi etiā dignior usus est,
quem in fidē atq; amicitiam meam reciperem, quod eos
a se obseruandos & colendos putabat, quos ille dilexi-
set, & quibus charus fuisset. Itaq; & ad me in Ciliciam
venit, multisq; in rebus mihi magno vsui fuit et fides eius
& prudentia: & ut opinor, ubi in Alexandrino bello
quantum studio & fidelitate consequi potuit, non defuit.
Quod cum speraret te quoq; ita existimare, in Hispania
ad te maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me au-
thore, est profectus. Cui ego commendationem non sum
pollicitus, non quia eam valituram apud te arbitraretur:
sed neq; mihi egere commendatione videbatur, qui & in
bello tunc fuisset, & propter memoriam Crassi de tuis
vniuersis esset: & si uti commendationibus vellet, etiam per
alios enim videbam id consequi posse. Testimonium nō enī
de eo indicij, quod & ipse magni estimabat, & ego apud
te valere eram experius, et libenter dedi. Doctum igitur
hominem cognoui, & studijs optimis deditum, itaque
puero. Nam domi meae cum Diodoro Stairo, homine

meo iudicio, eruditissimo, multum à pucro fuit. Nunc autem incensus studio rerum tuarum, eas lueris Græcis mandare cupiebat: posse arbitror, valet ingenio: habet usum, iam pridem in eo genere studij literarumq³ versatur: satis facere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes opinionis meæ testimonium: sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudētia indicabis. Et tamen quod negaueram, commendo tibi eum. Quicquid ei commendaueris, erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

M. T. C. SERVIO SULPITIO

S. P. D. 18.

MArcus Curius, qui Patris negociatur, multis & magnis de causis à me diligitur. Nā & amicitia peruetus mihi cum eo est, ut primū in forum venit, instituta: & Patris cum aliquoties antea, tū proximè hoc misserrimo bello, domus eius tota mihi patuit: qua, si opus fuisset, tam essem usus, quàm mea. Maximum autē mihi vinculum cum eo est quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis, quod est Attici nostri familiarissimus, eumque unum præter ceteros observat, ac diligit. Quē si tu iam fortè cognovisti, puto me hoc quod facio, facere seriùs. Ea enim est humanitate & observantia, ut eum tibi iam ipsum per se commendatum putem. Quod tamen si ita est, magnopere à te quaeso, ut ad eam voluntatem, si quā in illum ante has meas literas contulisti, quàm maximus postea commendatione nostra cumulus accedat. Sin autem propter verecundiam suam minus se tibi obtulit, aut cum nondum satis habes cognitum, aut quæ causa est, cur maioris commendationis indigeat: sic tibi eum commendo, ut neq³ maiori studio quonquam, neq³ iustio.

EPIST. FAM.

ribus de causis commendare possim. Faciamq; id, quod debent facere y qui religiose, & sine ambitione commendant. Spondebo enim tibi, vel potius spondeo, in meque recipio, eos esse Marci Curiy mores, eamq; tam probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum et amicitia tua, & tam accurata commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. Mihi certe gratissimum pegeris, si intellexero, has literas tantum, quantum scribens confidebam, apud te pondus habuisse. Vale.

M. T. C. SERVIO SULPITIO

S. P. D. 19.

Non concedam, ut Attico nostro, quem elatum latetia vidi, iucundiores tue suauissime ad eum et humanissime scripse littere fuerint, quam mihi. Nam et si virique nostrum propè aequè gratumant: tamen ego aamrabar magis, te, quasi rogatus, aut certe admodum, liberaliter Attico respondisses (quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat) vltro ad eum scripsisse, eiq; nec opinati voluntatem tuam tantam per literas detulisse. De quo non modo rogare te, et cò studiosius mea quoque causa facias, non debeo (nihil enim cumulatius fieri potest, quàm polliceri) sed ne gratias quidem agere, quod in & p̄suis causa & tua sponte feceris. Illud tamen dcam, mihi id quod fecisti, esse gratissimum. Tale enim tuum iudicium de homine eoque, quem ego vnicè diligo non potest mihi non summe esse iucundum. Quod cum ita sit esse gratum nec esse est. Sed tamen quando mihi pro coniunctione nostra vel peccare apud te in scribendo licet: verumque eorum, que negant mihi facièda esse, faciã. Nam & ad id quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quantum

ex nostro amore accessionis fieri potest. Et quod modigerebar tibi gratias agere, nunc plane ago, ieq. ita existimare volo, quibuscumq. rebus in Epiroticis, reliquisq. rebus. At cum obstrinxeris, usdem me tibi obligatum fore. Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. P. D. 20.

Cum Lysonè Pairensi est mihi quidem hospitium vetus: quam ego necessitudinem sancte colendam puto: sed ea causa etiam cum alijs compluribus, familiaritas tantanullo cum hospite, & ea cum officijs eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Is cum Romae annum propè ita fuisset, ut mecum viveret, etsi eramus in magna spe te meis literis commendationeq. diligentissime facturum id quod fecisti, ut eius rem & fortunas absentis tuerere: tamen quod in vnus potestate erant omnia, & quod Lyso suu in nostra causa, nostrisq. presidij, quod idie aliquid timebamus. Effectum tamen est, & ipsius splendore, & nostro, reliquorumq. hospitum studio, ut omnia quæ vellemus à Casare impetrarentur: quod intelliges ex ijs literis, quas Casar ad te dedit. Nunc non modo non remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia: sed eo vehementius contendimus, ut Lysonem in fidem, necessitudinemq. tuam recipias. Cuius dubia fortunatimidius agebamus, verentes ne quia occideret eiusmodi, ut ne tu quidem mederi posses. Explorata vero eius incolumitate, omnia a te studia summa cura peto. Quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo. In his adolescentem filium eius, quem Caius Atimius

EPIST. FAM.

Gemellus, cliens meus, cum in calamitate exilij sui Patrensis civis factus esset, Patrensiū legibus adoptavit, et eius ipsius hereditatis ius causamq; tuere. Caput illud est, ut Lysonem, quem ego virum optimum gratissimumque cognovi, recipias in necessitudinem tuam. Quod si feceris, non dubito, quin in eo diligendo carisq; postea commendando, idem quod ego, sis iudicij et voluntatis habiturus. Quod cum fieri vehementer studeo, tum etiam illud vereor, ne si minus cumulate videberis fecisse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse de se putet, non te oblitum mei. Quam enim me faceret, cum ex sermonibus quotidianis meis, tum ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere. Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. D. 21.

A Scelapione Patrensi medico utor valde familiariter: eiusq; tum consuetudo mihi incunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in valetudine meorum. In qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaq; satisfecit. Hunc igitur tibi commendo, et adeo peto ut des operam, ut intelligat diligenter me scripsisse de se, meamq; commendationem vsui magno sibi fuisse prae id mihi vehementer gratum. Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. D. 22.

Marcus Emilius Anianus ab ineunte adolescentia me observavit, semperq; dilexit: vir cum bonus, tum perhumanus, et in omni genere officij diligens. Quem si arbitrarer esse Sicyone, et nisi audirem ibi
eum

eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cibyre commorari, nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere. Perficeret enim ipse profectio suis moribus suaq; humanitate, ut sine cuiusquam commendatione diligeretur abs te non minus, quam & a me & a ceteris suis familiaribus. Sed cum illum abesse putem, commendo tibi maiorem in modum domum eius, quæ est Sicyone, remq; familiarem, maxime Caium Anianum Hammonium, libertum eius, quem quidem tibi etiam suo nomine commendo. Nam cum propterea mihi est probatus, quod est in patronum suum officio & fide singulari, tum etiam quod in me ipsum magna officia contulit: mihiq; molestissimis temporibus ita fideliter benenoleq; præsto fuit, ut si a manu missus esset. Itaque peto a te, ut eum Hammonium, & patroni eius negocia sic tueare, ut eius procuratorem, quem tibi commendo, & ipsum suo nomine diligas, habeasq; in numero tuorum, hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignum qui a te diligatur. Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. D. 23.

Titum Manlium, qui negociatur Thespijs, vehementer diligo. Nam & semper me coluit, diligentissimèq; observavit, & à studijs nostris non abhorret. Accedit eo, quod Varro Murena magnopere eius causam vult omnia: qui ita existimavit, etsi suis literis, quibus tibi Manlium commendabat, valde confideret: tamè mea commendatione aliquid accessionis fore. Me quidè cum Manlii familiaritas, tum Varronis studium commovit, ut ad te quam accuratissime scriberem. Gratissimum igitur mihi feceris, si huic commendationi mea tantum tribueris, quantum

EPIST. FAM.

quantum cui tribuisti plurimum: id est, si Titum Man-
lium quam maxime, quibus cuq; rebus honestè, ac pro-
pria dignitate poteris, iuueris atq; ornaueris. Ex ipius
præterea gratissimis & humanissimis moribus confirmo
tibi, eum te, quem soles fructum a bonorum virorum of-
ficijs expectare, esse capturum. Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. P. D. 24.

Lucio Cossinio amico & tribuli tuo valdè familia-
riter vitor. Nam & inter nosmetipsos vetus vsus
intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi càm
Cossinio consuetudinem fecit. Itaq; tota Cossinij domus
me diligit, inprimis q; liberius eius L. Cossinius Anchia-
lis, homo & patrono. & patroni nec sarys, quo in nu-
mero ego sum, probatissimus. Hunc tibi ita commendo,
ut si meus liberius esset, eodemq; apud me loco esset, quo
& est apud patronum suum, maiore studio commenda-
re non possem. Quare pergratum mihi feceris, si cum
in amicitiam tuam receperis: atq; cum (quod sine mo-
lestia tua fiat) si qua in re opus ei fuerit, iuueris. Id &
mihi vehementer gratum erit, & tibi postea incundum.
Hominem enim summa probitate, humanitate obser-
uantiaq; cognosces. Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. P. D. 25.

Cum antea capiebam ex officio meo voluptatem,
quod meminerim quàm tibi diligenter Lysonem
hospitem & familiarem meum commendassem: tum,
vero postea quàm ex literis eius cognoui, tibi eum falso
suspectum fuisse, vehementissime lætatus sum, me tam dili-
gentem

gentem in eo commendando fuisse. Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse, quod ad te delatum diceret, sese contra dignitatem tuam Romae de te loqui solum esse. De quo etsi pro tua facilitate & humanitate purgatum se tibi esse: tamen primum & debeo, tibi gratias ago, cum tantum literae meae potuerunt, ut his lictis omnem offensionem suspicio nis, quam habueras de Lyfone, deponeres. Deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro Lyfone magis quam pro omnibus scribere, hominem esse neminem, qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. Lyfo vero cum mecum propè quotidie esset, unaqueque vinceret, non solum quia me libenter audire arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur, omnia mihi tua & facta & dicta laudabat. Quapropter etsi à te ita tractatur, ut iam non desideres commendationem meam, unisque scilicet meo omnia consecutum putet: tamen à te peto maiorem in modum, ut eum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitate complectare. Scriberem ad te quavis vir esset, ut superioribus literis feceram, nisi tum iam per seipsum satis tibi esse notum arbitrarer. Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. P. D. 26.

H Agesaretus Larissens magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo memor & gratus fuit, meque postea diligentissime coluit. Eum tibi magnopere commendando, ut & hospitalem & familiarem meum & gratum hominem, & virum bonum, & principem civitatis suae, & tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat hanc meam

EPIST. FAM.

meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

M. T. C. SERVIO SVLPITIO

S. D. 27.

Lucius Mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi quaestor fuit. Sed hanc causam, quam ego, ut a maioribus accepi, semper gravem duxi, facit virtute & humanitate sua iustiore. Itaq; eo sic utor, ut nec familiaris ullo, nec libentius. Is quamquam confidere videbatur te sua causa, quae honeste posses, libenter esse facturum: magnum tamen esse speravit apud te meam quoq; literas pondus habituras. Id cum ipse ita iudicabat, tunc pro familiari consuetudine saepe ex me audierat, quam suavis esset inter nos, & quanta coniunctio. Peto igitur a te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario & tam familiari, ut eius negocia, quae sunt in Achaia, ex eo quod heres est, M. Myndio fratri suo, qui Elide negociatus est, explices & expedias tui iure & potestate, quam habes, tum etiam autoritate et consilio tuo. Sic enim perscripsimus ijs quibus ea negocia mandavimus, ut omnibus in rebus quae in aliquam controuersiam vocarentur te arbitro, & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore vterentur. Id ut honoris mei causa suscipias, vehementer te etiam atq; etiam rogo. Illud praeterea, si non alienum a tua dignitate putabis esse, feceris mihi per gratum: si qui difficiliore erunt, ut rem sine controuersia confici nolint, si eos quando cum senatore res est, R. reieceris. Quod quo minori dubitatione facere possis, literas ad te a M. Lepido consule, non quae te aliquid inbeant (neque enim id tuae dignitatis esse arbitrabamur)

sed

Ad quoddam modo quasi commendatitias sumpsimus. Scriberem, quàm id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire considerem, & mihi peterò. Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quàm ipsam de sua. Sed cum illam studeo quàm facilius ad suum peruenire: tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. D. 28.

Licet eodem exemplo sepius tibi huius generis literas mittam, cum gratias agam; quod meas commendationes tam diligenter observes, quod feci in alijs, & faciam, ut video, sepius: sed tamen non parcam opere, & ut vos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. Causa Auianus igitur Hammonius incredibilibus mihi gratias per literas egit & suo et Amilii Auiani patroni sui nomine, nec liberalius, nec honorificentius tractari potuisse, nec se presentem, nec rem familiarem absentis patroni sui. Id mihi cum iucundum est eorū causa, quos ego tibi summa necessitudine & summa commendatione adductus commendaueram, quod M. & Amilius unus est ex meis familiarissimis atq; intimis, maxime necessarius homo, & magnis meis beneficijs deinctus, & propè omnium qui mihi aliquid debere videntur, gratissimus: tum multo iucundius, te esse in me tali voluntate, ut plus pro sis amicis meis, quam ego praesens fortasse prodessem: credo, quod magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, quàm tu, quid mea. Sed hoc non dubito, quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, ut illos quoque gratos homines esse putes: quod ita esse tibi pro-

EPIST. FAM.

promitto atque confirmo. Quare velim, quicquid habet negotij, des operam, quod commodo tuo fiat, te obtinente Achiam, conficiant. Ego cum tuo Sernio iunctissimè me coniunctissimèq; viuo, magnamque uirae in me eius, singulariq; studio, tum ex virtute & proliitate voluptatem capto Vale.

M. T. C. SER. SVLPITIO

S. P. D. 28.

ET si libenter petere à te soleo, si quid opus est meorū cupiam: tamē multo libētius gratias tibi ago, cum fecisti aliquid commēdatione mea: quod semper facis. Incredibile est enim, quas mihi gratias omnes agant. etiam mediocrē ter à me tibi cōmendati: quae omnia mihi grata, sed de Lucio Mescinio gratissimum. Sic enim est mecum locutus, te, ut meae litteras legeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia: multo vero plura & maiora fecisse. Id igitur puto enim etiam atq; etiam mihi dicendum esse) velim existimes, mihi te fecisse gratissimum. Quod quidem hoc vehementius lator, quod ex ipso Mescinio te vides magnam capturam voluptatem. Est enim in eo cum virtus & probitas, & summum offitium summaq; obseruantia: tum studia illa nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vinimus. Quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quae te erēt digne. Sed duo, quae te nominatim rogo. Primum, ut si quid satisdandū erit amplius eo nomine non peti cures vt satisdatur fide mea. deinde cum ferē consistat, hereditas in ijs rebus, quas auertit Oppia, quae uxor Myndi fuit, adiues, measq; rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur, quod si putarit illa fore, ut opinio nostra est, negocium conficiemus.

Hoc

Hoc ut assequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. Illud quod supra scripsi, id tibi confirmo, in me quoque recipio, te ea quae fecisti Mescinij causa, quaeque feceris, ita bene collocaturum, ut ipse indices homini te gratissimo iucundissimoque benigne fecisse. Volo enim ad id quod mea causa fecisti, hoc etiam accedere. Nec Lacedaemonios dubitare arbitror, quin ipsi sua maiorumque suorum auctoritate satis commendati sint fidei et iustitiae tuae: et ego qui te optime nouissem, non dubitavi, quin tibi notissima et iura et merita populorum essent. Itaque cum a me peteret Philippus Lacedaemonius, ut tibi civitatem commendarem, etsi memineram me ei civitati omnia debere: tamen respondi, commendatione Lacedaemonios apud te non egere. Itaque sic velim existimes, me omnibus Achaiae civitates arbitrari pro horum temporum perturbatione felices, quod tu his praesidis: eundemque mentis iudicare te, quod unus optime nosses non nostra solus, sed etiam Graeciae monumenta omnia, tua sponte amicitiae Lacedaemonijs et esse et fore. Quare tantum a te peto, ut cum ea facies Lacedaemoniorum causa, quae tua fides, amplitudo, iustitia postulat: his, si tibi videbitur, significes te non molestè ferre, quod intelligas ea quae facias, mihi quoque grata esse, Pertinet enim ad officium meum, eos existimare, curae mihi suas res esse. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

M. T. C. CN. PLANCO

S. P. D. 29.

Non dubito, quin scias in his necessarijs, qui tibi a patre relictis sunt, me tibi esse vel coniunctissimum, non his modo causis, quae speciem habent magnae coniunctionis, sed ijs etiam quae familiaritate et consuetudine te-
Ee nentur:

EPIST. FAM.

nentur: quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo et
 summam fuisse. Ab his mihi noster in te amor profectus
 auxilium paternam necessitudinem, & eo magis, quod intellexi,
 ut primum per aetatem iudicium facere potueris, quanti
 quisque tibi faciendus esset, me à te in primis coeptum esse
 observari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vincu-
 lum cum studiorum, quod ipsum est per se grave: tum
 eorum studiorum, earumque artium, quae per se ipsae eorum
 qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate deinceps
 sunt. Expectare te arbitror, haec tam longè repetita, prin-
 cipia quod spectent. Id primum ergo habeto, non sine ma-
 gna instaque causam hanc à me commemorationem esse fa-
 ctam. Caio Atterio Capitone vtor familiarissimè. Nota
 tibi sunt varietates meorum temporum, in omni genere
 & honorum & laborum meorum, & animus, & opera,
 & authoritas, & gratia, etiam res familiaris C. Capito-
 nis praesto fuit, & paruit & temporibus & fortune meae.
 Huius propinquus Titus Antistius: qui cum forte quaes-
 tor Macedonia obtineret, neque ei successum esset, Pom-
 peius in eam provinciam cum exercitu venit: facere An-
 tistius nihil potuit. Nam si potuisset, nihil ei fuisset anti-
 quius, quam ad Capitonem, quem ut parentem dilige-
 bat, reverti: praesertim cum sciret, quanti is Caesaris
 faceret semperque fecisset. Sed oppressus tantum attigit ne-
 gotii, quantum recusare non potuit. Cum signaretur ar-
 gentum Apolloniae, non possum dicere eum praefuisse,
 neque possum negare eum affuisse, sed non plus duobus
 aut tribus mensibus. Deinde absuit à castris: fugit omne
 negotium: hoc mihi, ut testi, velim credas, meam enim
 ille inesticiam in illo bello videbat, mecum omnia com-
 municabat. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam,
 quo potuit longissimè à castris, non modo ut non praesent
 ulli

ulli negotio, sed etiam ut ne interesset quidem. Is post præ-
 lium se ad hominem necessarium Aulum Plancium
 in Bithyniam contulit. Ibi cum Cæsar cum vidisset, ni-
 hil asperè, nihil acerbè dixit: Romam iussit venire. Ille
 in morbum continuo incidit, ex quo non conualuit. Eger
 Corcyram venit, ibi est mortuus. Testamento, quod Ro-
 me Paulo & Marcello consulibus fecerat, heres ex
 parte dimidia & tertia est Capito: in sextante sunt ij, quo-
 rum pars sine ulla cuiusquæ querela publica potest esse:
 ea est ad XXX. H. S. Sed de hoc Cæsar uiderit. Temi-
 Plance, pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro
 studiis & omni cursu nostro totius vitæ simillimo, rogo
 & a te ita peto, ut maiore cura, maiore studio non pos-
 sim, ut hanc rem suscipias, meam putes: enitare, conten-
 das, efficias, ut mea commendatione, tuo studio, Cæsaris
 beneficio hereditatem propinqui sui C. Capito obtine-
 at. Omnia que potui in hac summa tua gratia ac poten-
 tia a te impetrare, si potuissens, ultro te ad me detulisse pu-
 rabo, si hanc rem impetravero. Illud fore tibi adiumento
 spero, cuius ipse Cæsar esse optimus index potest: semper
 Cæsarem Capito & dilexit & coluit. Sed ipse huius rei
 testis est: noui hominis memoriam. Itaque te nihil do-
 ceo: tantum tibi sumito pro Capitone apud Cæsare, quan-
 tum ipsum meminisse senties. Ego quod in me ipso expe-
 riri potui, ad te deferam: in eo quantum sit ponderis, tu
 videbis. Quam partem in Rep. causamq; defenderim,
 per quos homines ordinesq; steterim, quibusq; munus
 fuerim, non ignoras. Hoc mihi velim credas: si quid fe-
 cerim hoc ipso in bello minus ex Cæsaris voluntate, quod
 intellexerim scire ipsum Cæsarem, me inuitissimum fe-
 cisse: id feci aliorum consilio, hortatu, auctoritate: quod
 fuerim moderatior temperatiorque, quam in ea parte

EPIST. FAM.

quisquam, id me fecisse maximè authoritate Capitonis, cuius similes si reliquos necessarios habuisssem, Reipub. fortasse nonnihil, mihi certe plurimum, profuisssem. Hanc rem mi Plance, si effeceris, meam de tua erga me beneuolentia spem confirmaueris, ipsumq; Capitonem gratissimum, officiosissimum, virum opimum, ad tuam necessitudinem, tuo summo beneficio adiunxeris. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. 30.

Lucius Manlius est Susis, is fuit Catinēsis: sed est vnus cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus, Decurioq; Neapoli. Erat enim adscriptus in id municipium ante ciuitatem socijs & Latinis datam. Eius frater Catina nuper mortuus est. Nullam omnino arbitramur de ea hereditate controuersiam cum habiturū & est hodie in bonis: sed quando habet præterea negocia vetera in Sicilia sua, & hanc hereditatem fraternā, omnia eius tibi commendo, in primisq; ipsum virum optimum, mihiq; familiarissimum, his studijs literarum doctrinēq; præditum, quibus ego maximè delector. Pesto igitur abs te, ut eum, siue aderit siue non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeq; necessarys scias esse, itaq; tractes, ut intelligat meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. 31.

CAio Flanio, honesto & ornato Equite Romano vector valde familiariter. Fuit enim generi mei C. Prætoris pernecessarius: meq; diligentissimè obseruat. & ipse

ipse, & L. Flavius frater eius. Quapropter velim honoris mei causa, quibus rebus honeste, & pro tua dignitate poteris, quam honorificentissime, & quam liberalissime Caium Flaviū tractes. Id mihi sic erit gratum, ut grātius esse nihil possit. Sed præterea tibi affirmo, neq. id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate: te ex Caij Flaviij officio & observantia, & præterea splendore atq. inter suos gratia, magnam voluptatem esse capturum. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. 32.

IN Halesina ciuitate tam lauta quam nobili coniunctissimos habeo & hospitio & familiaritate M. & C. Clodios, Archagatum & Philonem, sed vereor, ne quia complureis tibi præcipue commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas: quanquam à te quidē cumulatē satisfit & mihi et meis omnibus. Sed velim sic existimes, hanc familiam, & hos mihi maxime esse coniunctos vetustate, officijs, beneuolentia. Quamobrem peto à te maiorem in modum, ut his omnibus in rebus, quantum tua dignitas fidesque patietur, commodes. Id si feceris, erit mihi vehementissime gratum. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. 33.

CNeo Otacilio Nasone vtor familiarissime, ita propterea, ut illius ordinis nullo familiarius. Nam & humanitate eius, & probitate in consuetudine quotidiana magnopere delector. Nihil iam opus est expectare te, quibus eum verbis tibi commēdem, quo sic vtor, ut scri-

EPIST. FAM.

ps. Habet is in prouincia tua negocia, quæ procurant
liberti Hilarius, Antigonius, Demonstratus: quos tibi,
negociaque omnia Nasonis non secus commendo, ac si
mea essent. Gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc
commendationem magnum apud te pondus habuisse
Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. 34.

Alitum mihi hospitium est cum Lysonæ Lysonis fi-
lio Lilybetano, valdeq; ab eo obseruor, cognomq;
dignum & patre & auo. Est enim nobilissima familia.
Quæ propter commendo tibi maiorem in modum rem
domumq; eius. Magnopere ab te peto, cures ut is
intelligat, meam commendationem maximo sibi apud
te & adiumento & ornamento fuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. D. 35.

Caius Anianus Philoxenus antiquus est hospes
meus, & præter hospitium, valde etiam familia-
ris: quem Cæsar meo beneficio in Nonocomensibus re-
lit. Nomen autem Aniani consecutus est, quod homine
nullo plus est, quam Flacco Aniano meo, quemadmo-
dum te scire arbitror, familiarissimo. Quæ ega omnia
collegi, ut intelligeres non vulgarem esse commendatio-
nem hanc meam. Peto igitur ab te, ut omnibus rebus
quod sine molestia tua facere possis, ei commodes, habe-
asq; in numero tuorum: perficiasq; ut intelligat
has literas meas magno sibi usui fuisse. Erit
id mihi maiorem in modum
gratum. Vale.

M. T.

M. T. C. AELIO PROC.

S. P. D. 36.

Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Et Dolabella rogavi meo civitate à Cesare impetranit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Cumque propter quosdam sordidos homines, qui Caesaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitatum donatorum incisa essent, revelli iussisset: eadem Dolabella, me audiente, Caesar dixit, nihil esse, quod te Mega vereretur: beneficium suum in eo manere. Hoc te scire volui, ut eum in Civium Romanorum numero haberes. Ceterisque in rebus tibi eum ita commendando, ut maiore studio neminem commendarim. Gracissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intelligat, meam commendationem magno sibi ornamento fuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. D. 37.

Hippiam Philexoni filium Calatinum, hospitem, & necessarium meum, tibi commendo maiorem in modum. Eius bona, quemadmodum ad me delata res est, publicè possidentur alieno nomine contra leges Calatinorum. Id si ita est, etiam sine mea commendatione ab equitate tua res ipsa impetrare debet, ut ei subuenias. Quoquo modo autem se res habet, peto à te, ut honoris mei causa cum expedias, tantumque ei commodes & in hac re et in ceteris, quantum tua fides dignitasque patitur. Id mihi vehementer gratum erit. Vale.

Cc 4

M. T.

EPIST. FAM.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D. 38.

LVcius Brutus Eques Romanus, adolescens omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis est, me quæ observat diligentissime, cuius cum patre magna mihi fuit amicitia tam inde à Quæstura mea Siciliensi. Omnino nunc ipse Brutus Romæ mecum est: sed tam domum eius, & rem familiarem & procuratores tibi sic commendo, ut maiore studio commendare non possim. Gratissimum mihi feceris, si curaris, ut intelligat Brutus, id quod ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. D. 39.

CUm familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia atque officio est tuendus. Est igitur in tua potestate, ut ille in me satis sibi presidii putet esse. Quapropter eum tibi commendo maiorem in modum: & abs te peto, efficias ut is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

M. T. C. ANCHARIO Q. F. PROC.

S. D. 40.

LVcium & Caium Aurelios Lucij filios, quibus & ipsis & patre eorum viro optimo familiarissime vtor, commendo tibi maiorem in modum adolescentis omnibus optimis artibus ornatos, meos per necessarios, tua amicitia dignissimos. Si vltima mea apud te commendatio

datio valuit, quod scio multas plurimum valuisse: hæc ut valeat, rogo. Quod si eos honorificè liberaliterq; tractaris, & tibi gratissimos optimosq; adolescentis adiunxeris, & mihi gratissimum feceris. Vale.

M. T. C. L. CVLEOLO

S. P. D. 41.

Quæ fecisti Lucij Luceij causa, scire te planè volo, te homini gratissimo commodasse: & cum ipsi, quæ fecisti pergrata sunt: tum Pompeius, quotiescumq; me videt (videt autè sepiissime) gratias tibi agit singularis. Addo etiam illud, quod tibi iucundissimū esse certò scio, me ipsum ex tua erga Luceium benignitate, maxima voluptate affici. Quod superest, quanquam mihi non est dubium, quin cum antea nostra causâ, nunc iam etiam tuæ constantie gratiâ, mansurus sis in eadem ista liberalitate: tamen abs te vehementer etiam atq; etiam peto, ut ea quæ initio ostendisti, deinceps fecisti, etiam ad exitum augeri & cumulari per te velis. Id & Luceio & Pompeio valde gratum fore, teq; apud eos præclarè positurum confirmo & spondeo. De Repub. deq; his negotiis cogitationibusq; nostris perscripseram ad te diligenter paucis ante diebus, easq; litteras dederam pueris tuis. Vale.

M. T. C. L. CVLEOLO PROC.

S. D. 42.

Lucius Luceius meus familiarissimus, homo omnino gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret omnia te cumulatissime & liberalissime procuratoribus suis pollicitum esse. Cum oratio tua tam ei grata fuerit, quam gratam rem ipsam existimas fore, cum

EPIST. FAM.

et spero, quæ pollicitus es, feceris? Omnino ostenderunt
Bylliones sese Luceio Pompeij arbitrato satisfacturos:
sed vehementer opus est nobis, & voluntatem & autho-
ritatem & imperium tuum accedere. Quod ut facias, te
etiam atque etiam rogo. Illudq; mihi gratissimum est,
quod ita sciunt Luceij procuratores, & ita Luceius ipse
ex literis tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis
nullius apud te auctoritatem aut gratiam valere plus,
quam meam. Id ut re experiatur, iterum & sæpius te
rogo. Vale.

M. T. C. Q. GALLO

S. D. 43.

ET si plurimis rebus spero, fore ut perspiciam, quod
tamen iam pridem perspicio, me à te amari: tamen
nunc ea causa tibi datur, in qua facile declarare possis
tuam erga me benevolentiam. Lucius Oppius Marci fi-
lius Philomeli negociatur, homo mihi familiaris: eum
tibi vnicè commendo, eoque magis, quod cum ipsum dili-
go, tum quod negocia procurat. Lucij Egnaty Ruffi quo-
ego vno Equite Romano familiarissime vtor, & qui cum
consuetudine quotidiana, tum officijs plurimis maxi-
misq; mihi coniunctus est. Oppium igitur presentem ve-
diligas, Egnaty absentis rem ut tucare, æque à te peto,
ac si mea negocia essent. Velim memorie tue causa des-
literarum aliquid, quæ tibi in provincia reddantur: sed
ita conscribas, ut tum, cum eas leges, facile recordari
possis huius meæ commendationis diligentiam. Hoc te
vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. Q. GALLO

S. P. D. 44.

Et si

Etsi ex tuis & Lucij Oppij familiarissimi mei literis cognovi, te memorem commendationis meae fuisse, idque pro tua summa erga me benivolentia, proque nostra necessitudine minime sum admiratus: tamen etiam atque etiam tibi Lucium Oppium presentem, & Lucij Egnatii mei familiarissimi absentis negocia commendo. Tanta mihi cum eo necessitudo est familiaritasque, ut si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter mihi gratissimum feceris, si curaris, ut is intelligat, me a te tantum amari, quantum ipse existimo, hoc mihi gratius facere nihil potes. Idque facias, vehementer te rogo. Vale.

M. T. C. APVLEIO PROQVAE-

STORI S. P. D. 45.

Lucio Egnatio vno Equite Romano vel familiarissime vtor. Eius Anchialum servum negociaque quae habet in Asia, tibi commendo non minore studio, quam si rem meam commendarem. Sic enim existimes, velim, mihi cum eo non modo quotidianam consuetudinem summam intercedere, sed etiam officia magna & mutua nostra inter nos esse. Quamobrem etiam atque etiam te peto, ut cures, ut is intelligat me ad te satis diligenter scripsisse. Nam de tua erga me voluntate non dubitasti. Id vefacias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

M. T. C. Q. APVLEIO PROQVAE-

STORI S. P. D. 46.

Lucius Nostius Zoilus est coheres meus, heres autem patroni sui: ea re utrunque scripsi, ut & mihi cum illo causam amicitiae scires esse, & hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. Eum tibi ignov-
sic

EPIST. FAM.

sic commendo, ut vnum ex nostra domo. Valde mihi gratum erit, si curaris, ut intelligat hanc meam commendationem sibi apud te magno adiumento fuisse. Vale.

M. T. C. Q. SILIO

S. D. 47.

Quid ego tibi commendo eum, quem tu ipse diligis? Sed tamen, ut scires eum à me non diligi solum, verum etiam amari, obeam rem tibi hæc scribo. Omnium tuorum officiorum, quæ & multa & magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut sentiat & se à me, & me à te amari. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Illa nostra scilicet reciderunt. Utamur igitur vulgari consolatione. Quid si hoc melius? Sed hæc coram. Tu fac, quod facis, ut me ames, teque amari à me scias. Vale.

M. T. C. SEXTILIO RVFO QVAESTORI S. P. D. 48.

Quoniam tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quaecumque commodaris, erunt mihi gratissima. Eoque facio libentius, ut eos tibi commendem, quod & tue laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cum primum in eam insulam Quaestor veneris, & ea te instituere, quæ sequantur alij: quæ ut spero, facilius consequere, si & Publii Lentuli necessarij me legem, & ea quæ à me constituta sunt, sequi volueris. Quam rem tibi confido magna laudi fore. Vale.

CICERO CVRIO PROC.

S. D. 49.

Quintus

Quintus Pompeius, Sexti filius, & multis & veteribus causis necessitudinis mihi cōiunctus est. Is cum antea meis commendationibus & rem & gratia, & auctoritatem suam tueri consueverit: nunc profecto te provinciam obtinente meis literis assequi debet, ut nemini se intelligat commendatiorem unquam fuisse. Quāobrem à te maiorem in modum peto, ut cum omneis meos aequè ac tuos observare pro nostra necessitudine debeas, hunc imprimis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat, nullam rem sibi maiori vsui aut ornamento, quàm meam commendationem esse potuisse. Vale.

M. T. C. ARISTO PROC.

S. D. 50.

Sumpsisti hoc mihi pro tua in me observantia, quam penitus perspexi, quamdiu Brundusii sumus, ut ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberem, si quares esset, de qua valde laborarem. M. Cur. qui Patriis negociatur, ita mihi familiaris est, ut nihil possit esse cōiunctius. Multa illius in me officia, multa in illam meā, quodq; maximum est, summus inter nos amor, & mutuus. Quæ cum ita sint, si ullam in amicitia mea spē habes, si ea quæ in me officia & studia Brundusii contulisti, vis mihi etiā gratiora efficere, quanguam sunt gratissima: si me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atq; largire, ut M. Curium factum & tectum, ut aiant, ab omni incommodo detrimento, molestia syncerum integrumq; conserves. Et ipse spondeo, & omnes hoc tibi mi pro me recipient, ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum summamq; voluptatem esse capturum.

Vale.

M.

EPIST. FAM.
M. T. C. P. CAESIQ.

S. P. D. 51.

Publium Messienum equitem Roman. omnibus rebus ornatum, meumq; pers familiarem tibi cōmendō ea commendatione, quae potest esse diligentissima. Perdā te & pro nostra & pro paterna amicitia, ut eum in tuam fidem recipias, eiusq; rem famamq; tueare. Virum bonum, tuamq; amicitia dignum tibi adianxeris, mihiq; gratissimum feceris. Vale.

CICERO REGI

S. D. 52.

Aulus Licinius Aristoteles Melitensis, antiquissimus est hospes meus, & praeterea coniunctus magno usu familiaritatis. Haec cāmita sint, nō dubito, quin tibi satis commendatus sit. Etenim ex multis cognosco, meam commendationem plurimū apud te valere. Hunc ego a Cesare liberavi. Frequens enim fuerat nobiscum: atq; etiam diutius in causa est, quam nos, commoratus: quo melius te de eo existimaturum arbitror. Fac igitur mi Rex, ut intelligat, has sibi literas plurimū profuisse. Vale.

M. T. C. Q. THERMO PROPR.

S. P. D. 53.

Lucio Genucilio Curuo iampridem familiarissimē utor, optimo viro & homine gratissimo. Eum tibi penitus commendo, atq; tradeo. Primum, ut omnibus in rebus eī te commoder; quod fides tua dignitasq; patietur: patietur autem in omnibus, nihil enim abs te unquam, quod sit alicuius tuis, aut etiam suis moribus, postulabit.

bit. Præcipue autem tibi commendo negocia eius; quæ sunt in Helleſpoto: primum, ut obtineat id iuris in agris, quod ei Patriana ciuitas decreuit, & dedit; & quod semper obtinuit sine vlla controuersia, deinde, si quid habebit cum aliquo Helleſpontio controuersia, ut in illa ἀποκρίνω reicias. Sed non mihi videor, cum tibi totum hominem diligentissime commendārim, singulas ad te eius causas perscribere debere. Summa illa sit, quicquid officij, beneficij, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in meipsum atque in rem meam contulisse. Vale.

M. T. C. Q. THREMO PROPR.

S. D. 54.

Cum mihi multa grata sint, quæ tu adductus meæ cōmendatione fecisti: tū in primis, quod M. Marciliū amici atq; interpretis mei filium liberalissime traslatuisti. Venit enim Laodiceam, & tibi apud me, mihiq; propter te gratias maximas egit. Quare, quod reliquum est, a te peto, quando apud gratos homines beneficiū pōnis, ut eo libentiùs his commodes, operamq; des, quod fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. Ego cum antea studiosè commendabā Marcilium, tū multo nunc studiosius, quod in longa apparatione, singularem & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abstinentiam, modestiamq; cognoui. Vale.

M. T. C. Q. THREMO PROPR.

S. P. D. 55.

Est mihi videor intellexisse, cum tecum Ephesi de re Marci Anneij legati mei locutus sē, te ipse ea re sa vehementer omnia velle: tamen & M. Anneium tantū facia

EPIST. FAM.

facio, ut mihi nihil putem prætermittendum; quod illius inter sit: & me à te tantum fieri puto, ut non dubitem, quin ad tuam voluntatem magnus cumulus accedat commendationis meæ. Nam cum iam diu diligerem *M. Anneium*, deq; eo sic existimarem, ut res declararet, quod ultro ei deinlerim legationem, cum multis petentibus denegassem: tum vero postea quam mecum in bello atq; in re militari fuit, tantam in eo virtutem, prudentiam, fidem, tantamq; erga me benevolentiam cognovi, ut hominem neminem pluris faciam. Eum cum *Sardianis* habere controuersiam scis: causam tibi exposuimus *Ephesi*: quam tu tamen coram facilius intellegis cognosces. De reliquo mihi mehercule diu dubium fuit, quid ad te potissimum scriberem. Ius enim, quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude notum est. Nobis autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi ut eius instituto tuo dicere. Sea tamen cum me non fugiat, quanta sit in *Prætoris* authoritas, præsertim ista integritate, gravitate, clementia, qua te esse inter omnes constat: peto abs te pro nostra cunctissima necessitudine, plurimiq; officiis paribus ac mutuis, ut voluntate, auctoritate, studio tuo perficias, ut *M. Anneius* intelligat, te & sibi amicum esse: quod non dubitat, sæpe enim mecum locutus est: et multo amiciores his meis literis esse factum. In tuo toto imperio atque provincia nihil est, quod mihi gratius facere possit. Iam, apud ipsum gratissimum hominem, atq; optimum virum, quam bene positurus sis studium tuum atque officium, dubitare te non existimo. Vale.

M. T. C. Q. THREMO PROPR.

S. D. 56:

CA

Caius Clunius Puteolanius valde me observat, valdeq; est mihi familiaris. Ita sibi persuadet, quod in tua provincia negotij habet, nisi te provinciā obtinente, meis commendationibus consecerit, id se in perditis & desperatis habiturum. Nunc quando mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me summis officiis, ita tamen, ut tibi nolim molestus esse. Mylasij & Alabandenses pecuniā Clunio debent. Dixerat mihi Euthidemus, cum Ephesi essem, se curaturum, ut Ecdici Mylasij Romam mitteretur. Id factum non est. Legatos audio missos esse: sed malo Ecdicos, ut aliquid confici possit. Quare peto a te, ut eos & Alabandenses inbeas Ecdicos Romam mittere. Præterea Philote? Alabandensis ὑποθήκας Clunio dedit: hæc commissæ sunt. Cures velim, ut aut de hypothecis decedat, easq; procuratoribus Clunij tradat, aut pecuniam solvat. Præterea Heraacleotæ & Bargyletæ, qui item debent, aut pecuniam solvant, aut fructibus suis satisfaciant. Caunij præterea debent: sed aiunt se depositam pecuniam habuisse. Id velim cognoscas: & si intellexeris, eos neq; ex edicto, neq; ex decreto depositam habuisse, des operam, ut usura Clunio, instituto tuo conserventur. His de rebus eo magis laboro, quod agitur res Cn. Pompei etiam nostri necessarij, & quod is magis etiam mihi laborare videtur, quam ipse Clunius: cui satisfactum esse a nobis valde volo. His de rebus te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. Q. THERMO PROP.

S. D. 57.

Quo magis quotidie ex literis nuncijsq; bellum magnū esse in Syria cognosco, eo vehementius a te

Da pra

EPIST. FAM.

pro nostra necessitudine contendo, ut mihi M. Anneium legatum primo quoque tempore remittas. Nam eius opera consilio, scientia rei militaris vel maxime intelligo me & Rempub. adiuuari posse. Quod nisi tanta res eius ageretur, nec ipse adduci potuisset, ut à me discederet: neque, ego ut cum a me dimitterem. Ego in Ciliciam proficisci cogito circiter Cal. Maij. Ante eum diem Anneius ad me redeat oportet. Illud quod tecum & coram & per literas diligentissime egi, id nunc etiam atque etiam rogo, curae sit tibi, ut suum negotium, quod habet cum populo Sardiniano pro causae veritate, & pro sua dignitate conficiat. Intellexi ex tua oratione, cum tecum Ephesi locutus sum, te ipsum M. Annei causa omnia velle. Sed tamē sic velim existimare, te mihi nihil gratius facere posse, quā si intellexero per te, illum ipsum negotium ex sententia confecisse. Idque quāprimum ut efficias, te etiā atque etiā rogo. Vale

M. T. C. TITIO L. F. RVFO PR.

VRBANO S. P. D. 58.

Lucus Custidius est tribulis & municeps & familiaris meus. Is causam habet, quam causam ad te transfert. Commendo tibi hominē, sicuti tua fides & meus pudor postulat: tantum, ut facileis ad te aditus habeat: quae aqua postulabit, ut lubente te impetret: sentiatque meam sibi amicitiam, etiam cum longissime absim, prodesse, mihi primis apud te. Vale.

M. T. C. C. CVRTIO PEDVCEA-

NO PRABTORI S. P. D. 59.

Marcum Fabium unice diligo, summaque mihi cum eo consuetudo et familiaritas est peruectus. In eius controuersijs quid decernas, à te non peto (seruabis, ut tua fides

fidis & dignitas postulat, edictum & institutum tuum) sed ut quam facillimos ad te aditus habeat, quæ erunt: equalibentete impetret: ut meam amicitiam sibi, etiam cum procul absim, prodesse sentiat, præsertim apud te. Hoc vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

M. T. C. MVNATIO

S. D. 60.

Lucius Linicius Trypho, est omnino L. Reguli familiarissimi mei libertus, cuius calamitas etiam officiosorem me facit in illum: nam benevolentior, quam semper fui, esse non possum. Sed ego libertum eius per seipsum diligo: summa enim eius in me officia exstiterunt. his nostris temporibus, quibus facillime bonam benevolentiam hominum & fidem perspicere potui. Eum tibi ita commendando, ut homines grati & memores benemeritis de se commendare debent. Per gratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quod pro salute mea multa pericula adierit, sæpe hyeme summa nauigarit, pro tua erga me beneuolentia gratum etiam tibi fecisse. Vale.

M. T. C. P. SILIO PROPR.

S. P. D. 61.

Tito Pinnio familiarissime me usum esse, scire te debitor: quod quidem illi testamento declarauit, quod me tum tutorem, tum etiam secundum heredem instituerit. Eius filio mire studiose & erudito & modesto pecuniæ Nicaenses grandem debent ad HS octogies: & ut audio, non primis volunt ei soluere. Per gratum igitur mihi feceris, quando non modo reliqui tutores, qui sciunt: quanti me facias, sed etiam puer ipse sibi persuasit, te omnia mea causa facturam esse: si dederis operam, quoad

EPIST FAM.

tua fides dignitasq; patietur, ut nam primum pecunia
Pinnio solvatur Nicænsium n mine. Vale.

M. T. C. P. SILIO PROPR.

S. P. D. 62.

ET in Attilij negotio te amari, cum enim serò venis-
sem, tamen honestum Equitem Romanum beneficio
tuo conservari, et mehercule semper sic in animo habui,
te in meo ere esse propter Lamiæ nostri coniunctionem
et singularem necessitudinem. Itaq; primum tibi ago gra-
tias, quod me omni molestia liberas, deinde impudentia
prosequor: sed idem sarciam Ten. semper sic colā et tue-
bor, ut quam diligentissime. Quintum fratrem meum, si
me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me. Ita magnū
beneficium tuum magno cumulo auxeris. Vale.

M. T. C. P. SILIO PROPR.

S. P. D. 63.

Non putari fieri posse, ut mihi verba deessent: sed
tamen in C. Latio commendando desunt. Itaque
rem tibi exponam paucis verbis: sed tamē ut planē perspi-
cere possis voluntatem meā. Incredibile est, quanti facia-
mus et ego et frater meus, qui mihi charissimus est, C. La-
tium: id sit cum plurimis eius officijs, tum summa eius
probitate & singulari modestia. Eum ego a me inuitis-
simus dimisi, tum propter familiaritatem & consuetu-
dinis suavitatem: tum quod consilio eius fideli ac etiam
bono libenter utebar. Sed vereor, ne iam mihi superesse
verba putes, quæ dixeram defutura. Commendo tibi ho-
minem, sicut intelligis me, de quo ea supra scripseram,
debere commendare. Atq; vehementer etiam atq; etiā
peto, ut quod habet in tua provincia negotij, expedias:
quod

quod tibi videbitur rectum esse, ipsi dicas. Hominem facillimum liberalissimumq; cognoscēs. Itaque te rogo, ut eum solutum, liberum, confectis eius negotijs per te, quam primum ad me remittas. Id mihi fratriq; meo gratissimum feceris. Vale,

M. T. C. P. SILIO PROPR.

S. P. D. 64.

NEro meus mirificas apud me tibi gratias egit prorsus incredibiles, ut nullum honorē sibi habere potuisse diceret, qui à te pratermissus esset: magnum fructū ex ipso capies: nihil est enim illo adolescente gratius. Sed mehercule mihi quoque gratissimum fecisti. Pluris enim ex omni nobilitate neminem facio. Itaque si ea feceris, quae ille per me tecum agi voluit, gratissimum mihi feceris. Primum de Pausania Alabandensi sustentēs rem, dum Nero veniat: vehementer enim eius causa cupere eum intellexi. Itaque hoc valde te rogo. Deinde Niseos, quos Nero in primis habet necessarios, diligentissimeq; tuetur ac defendit, habeas tibi commendatissimos: ut intelligat illa ciuitas, sibi in Neronis patrocinio summum esse praesidium. Strabonem Seruilium tibi saepe commendavi: nunc eo facio id impensius, quod eius causam Nero suscepit. Tantum à te petimus, ut agas eam rem, nec relin- quas hominem innocentem ad alicuius cui dissimilis quæ situm. Id tum gratum mihi erit: tum etiam existimabo te humanitate tua esse usum. Summa huius epistola hæc est, ut orbes omnibus rebus Neronem, sicut instituisti, atq; fecisti. Magnum theatrum habet ista provincia, non ut hæc nostra adolescētis nobilis, ingeniosi, abstinentis commendatiōem atque gloriam. Quare site fauore usus erit, sicut & profectio videtur & usus est, amplissimè cliente-

EPIST. FAM.

las acceptas à maioribus confirmare poterit, & beneficia suis obligare. Hoc in genere si enim adiunxeris eo studio, quo ostentisti, apud ipsam præclarissime posueris, sed mihi etiam gratissimum feceris. Vale.

M. T. C. SILIO PROPR.

S. P. D. 65.

Cum P. Terentio Hispano, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas consuetudineque est, multaque & magna inter nos officia pariaque mutua intercedunt. Eius summa existimatio agitur in eo, ut petitiones cum cunctis reliquis conficiat. Nam me præterit, vos eam rem Ephesi expertos esse, neque ab Ephesis vlla modo impedire potuisse. Sed quandoque admodum omnes existimant, & ego intelligo, tua cum summa integritate, tum singulari humanitate & mansuetudine consecutus es, ut libentissimis Græcis nutu, quod velis, consequare: peto à te maiorem in modum, ut honoris mei causa hac laude Hispanem afficeris. Præterea cum socijs scripturæ mihi summa necessitudo est, non solum ob eam causam, quod ea societas vniuersa in mea fide est: sed etiam, quod plerisque socijs vtor familiarissime. Ita & Hispanem meum per me ornaris, & societatem mihi coniunctiorem feceris: inque ipsi, ut ex eius observantia gratissimi hominis, & ex sociorum gratissimorum amplissimorum, maximum fructum capies. & me summo beneficio afficeris. Sic enim velim existimes ex tota tua provincia omnique isto imperio nihil esse, quod mihi gratius succere possis. Vale.

M. T. C. C. SERVILIO

S. D. 66.

Aulum

Avlum Cecinnam maximè proprium clientem familie vestre non commendarem tibi, cum scirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse, nisi me & patris eius, quo sum familiarissimè vsus, memoria, & huius fortuna ita moueret, ut hominis omnibus mecum studijs officijsque coniunctissimi mouere debeat. At hoc omni contentione peto sic, ut maiore cura, maiore animi labore petere non possim: ut ad ea que tua spontè sine cuiusquam commedatione faceres in hominem tantum & talem, calamitosum, aliquem asserat cumulum mee literæ, quò studiosius eum quibuscunque rebus possis, inues. Quòd si Romæ fuisses, etiam salutem Auli Cecinne essemus (ut opinio mea fert) per te consecuti. De qua tamen magnam spem habemus, freti clementia collega tui. Nunc quando iustitiam tuam secutus, tutissimum sibi portum provinciam istam duxit esse: etiam atque etiam te rogo atque oro, ut eum & in reliquis veteris negociationis colligendis inues, & ceteris rebus tegas atque tueare. Hoc mihi gratum facere nihil potes. Vale.

M. T. CIC. SERVILIO

S. D. 67.

EXprovincia mea Ciliciensi, cui scis quæ diuini & Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiarius vsus, quam Androne Artemonis filio Laodicensi, cumque habui in ea ciuitate tum hospitem, tum vehementer ad mea vitæ rationem & consuetudinem accommodatum. Quem quidem multo etiam pleris postea quam decessi, facere cæpi, quòd multis rebus expertus sum gratum hominem, meique memorem. Itaque cum Romæ libentissimè vidi. Non te enim fugit, qui plurimis in ista provin-

EPIST. FAM.

provincia benignè fecisti, quàm multi grati reperian-
tur. Hac propterea scripsi, ut me non sine causa labor-
rare intelligeres, & tu ipse eum dignum hospitio tuo
indicares. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei
declarâris, quanti me facias: id est, si receperis eum
in fidem tuam, & quibuscunque rebus honestè, ac si-
ne molestia tua poteris, adiueris. Hoc mihi vehemen-
ter erit gratum. Idg, ut facias, te etiam atque etiam rogo.
Vale.

M. T. C. SERVILIO ISAVRICO

PROC. COLLEGAE

S. P. D. 68.

GRata mihi vehemèter tua litera fuerunt, ex quib-
us cognoui cursus navigationum tuarum. Si-
gnificabas enim memoriam tuam nostrae necessitudinis:
qua mihi nihil poterat esse incundius. Quod reliquum
est, multo etiam erit gratius, si ad me de Repub. id est de
statu provinciae, de institutis tuis familiariter scribes.
Quae quauquam ex multis pro tua claritate audiam, ta-
men libentissimè ex tuis literis cognoscam. Ego ad te de
Reipub. summa quid sentiam, non sepe scribam pro-
pter periculum eiusmodi literarum. Quid agatur autè,
scribam saepius. Sperare tamen video, Caesari collega
nostro fore curae & esse, ut habeamus aliquam Rempub.
cuius consilijs magni referebat te interesse. Sed tibi uti-
lius est, id est gloriosius, Asiae praesse, & istam partem
Reipub. male affectam tueri: mihi quoque idem quod
tibi, & laudi tuae profuturum est, optatius debet esse. E-
go, quae ad tuam dignitatem pertinere arbitror, sum-
mo studio diligentiaq, curabo: in primisq, tuebor omni
observantia clarissimum virum patrem tuum: quod &
pro

L I B E R XIII.

pro vetustate necessitudinis, & pro beneficijs vestris, &
pro dignitate ipsius facere debeo. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO COLLEGAE

S. D. 69.

Caius Curtius Mithres est ille quidē, ut scis, liber-
tus Posthumij familiarissimi mei: sed me colit &
observat eque, atq; illum ipsum patronum suum. Apud
eum ego sic Ephesi fui, quotiescunq; fui, tanquam domi
mee. Multaq; acciderunt, in quibus & benevolentia
eius erga me experirer, & fidem. Itaque si quid aut mi-
hi aut meorum cupiam in Asia opus ist, ad hunc scri-
bere consuevi: huius cum opera & fide, tum domo & re
uti, tanquam mea. Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut in-
telligeres, me non vulgariter, nec ambiciosè, sed ut pro ho-
mine intimo ac mihi pernecessario scribere. Peto igitur
a te, ut in ea controversia, quam habet de fundo cū quo-
dam Colophonio, & in ceteris rebus quantum fides tua
patietur, quantumq; tuo commodo poteris, tantum ei
honoris mei causa commodes: etsi, ut eius modestiam
cognovi, gravis tibi nulla in re erit. Si & mea commen-
datione & sua probitate affectus erit, ut de se bene exi-
stimes, omnia se adeptum arbitrabitur. Vigitor eum
recipias in fidem, habeasq; in numero tuorum, te vehe-
menter etiam atq; etiam rogo. Ego quæ te velle, quæq; ad
te pertinere arbitror, omnia studiosè diligenterq; cura-
bo. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO COLLEGAE

S. D. 70.

Quia non est obscura tua in me benevolentia, sic
fit, ut multi per me tibi velint commendari. Ego
autem

EPIST. FAM.

autem tribuo nonnunquam in vulgus: sed plerumq³ necessarijs, ut hoc tempore. Nam cum Titus Appio Balbo mihi summa familiaritas necessitudoq³ est. Eius libertum Titum Appium Menandrum, hominem frugi & modestum, & patrono & nobis vehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, si quibuscunq³ rebus sine tua molestia poteris, ei commodaris. Quod ut facias, te vehementer etiam atq³ etiam rogo. Vale.

M. T. CIC. P. SERVILIO

COLLEGAE S. P. D. 71.

Multos tibi commendem necesse est, quando omnibus nota nostra necessitudo est, tuaq³ in me benevolentia. Sed tamen si omnium causa, quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi causa est. Titus Agasius & comes meus fuit illo miserrimo tempore, & omnium itinerum, navigationum laborum, periculorum meorum socius. Neq³ hoc tempore discessisset à me, nisi ego ei permissem. Quare sic cum tibi commendo, ut vnum de meis domesticis, & maxime necessarijs. Pergratum mihi feceris, si cum ita tractaris, ut intelligat hanc commendationem sibi magno usui atq³ adiumento fuisse. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO COL-

LEGAE S. P. D. 72.

Certae necessariae meae rem, nomina, possessiones Asiaticas commendavi tibi praesens in hortis tuis, quam potui diligentissime: tuq³ mihi pro tua consuetudine, pro tuis in me perpetuis, maximisque officijs omnia

niate facturum liberalissime recepisti. Meminisse te id spero: scio enim solere. Sed tamen Cerellia procuratores scripserunt, te propter magnitudinem provinciae, multitudinemq; negotiorum, etiam atq; etiam esse commo-
nifacendum. Peto igitur, ut memineris te omnia, quae tua fides pateretur, mihi cumulatè recepisse. Equidem existimo te habere magnam facultatem (sed hoc est tui consilij & iudicij) (ex eo senatusconsulto, quod in heredes C. Vennonij factum est, Cerellia commodandi id senatusconsultum tu interpretabere pro tua sapientia, Scio enim eius ordinis auctoritatem semper apud te magni fuisse. Quod reliquum est, sic velim existimes, quibuscumque rebus Cerellia benigne feceris, mihi te gratissimum esse facturum. Vale.

M. T. C. Q. PHILIPPO PROCONS.

S. P. D. 73.

C Ratis tibi, quod ex provincia saluum te, ad tuos recepisti in columi summa, & Repub. Quod si Rom. te vidissem, coram gratias egissem, quod tibi L. Egnatius familiarissimus meus absens, L. Oppius praesens cura fuisset. Cum Antipatro Verbeti mihi non solum hospitium, verum etiam summa familiaritas intercedit. Ete vehementer succensuisse audiui, & moleste tui. De re nihil possum indicare, nisi illud mihi ceriè persuadeo, te talem virum nihil temerè fecisse. A te autem pro vetere nostrae necessitudine etiam atq; etiā peto, ut eius filiorum, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones: nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuā. Quod ego si arbitrarer, nunquam te rogarem: mihi quae tua fama multo antiquior esset, quam illa necessitudo est. Sed mihi ita persuadeo potest fieri ut fallar) eam
rem

EPIST. FAM.

rem laudi tibi potius, quàm vituperationi fore. Quid fieri possit, & quid mea causa facere possis (nam quin velis, non dubito) velim, si tibi grane non erit, certio rem me facias. Vale.

M. T. C. PHILIPPO PROC.

S. D. 74.

ET si non dubito, pro tua in me obseruantia, pro nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas: tamen etiam atque etiam eundem tibi L. Oppium familiarem meum presentem, & L. Egnatium familiarissimi mei absentis negocia commendo. Tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasq; ut, si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat me a te tantum amari, quantum ipse existimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Idq; ut facias, te vehementer rogo. Vale.

M. T. C. T. TITIO T. F. LEGATO

S. D. 75.

ET si non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis valeat: tamen obsequor homini familiarissimo C. Auianio Flacco: cuius causam omnia in cupio, tum mehercule etiam debeo. De quo & presentem tecum egi diligenter, cum tu mihi humanissime respondisti. & scripsi ad te accurate antea: sed putat interesse sua, me ad te quam sapissime scribere. Quare velim mihi ignoscas, si illius voluntati obtemperans, minus videbor meminisse constantia tuae. A te idem illud peto, ut de loco, quo deportet frumentum, & de tempore, Auianio commodas, quorum utrumque per eundem me obtinuit triennium, dum Pompeius isti negotio praesuit.

SUM

Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris, ut Anianius, quando se à me amari putat, me à te amari sciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

M. T. C. QVATVORVIRIS ET DE-
CVRIONIBVS S. D. 76.

TAnte mihi cum Q. Hippii causæ necessitudinis sunt, ut nihil possit esse coniunctius, quam nos inter nos sumus. Quod nisi ita esset, uterer mea consuetudine, ut vobis nulla in re molestus essem. Etenim vos mihi optimi testes estis, cum mihi persuasum esset, nihil esse quod à vobis impetrare non possem, nunquam me tam gravem vobis esse voluisse. Vehementer igitur vos eitam atque etiam rogo, ut honoris mei causa liberalissime C. Valgii Hippianum tractetis, remq; cum eo conficiatis, ut quam possessionem habet in agro Fregellano, à vobis emptam, eam liberam & immunem habere possit. Id si à vobis impetraro, summo me beneficio vestro affectus arbitrabor. Valete.

M. T. C. SVLPITIO IMP.

S. P. D. 77.

Cum his temporibus non sanè in senatum ventitarem tamè ut tuas literas legi, non existimari me salvo iure nostræ veteris amicitia, multorumq; inter nos officiorum facere posse, ut honori tuo deessem. Itaq; affui, supplicationemq; tibi lubenter decrevi. nec reliquo tempore vllò aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuæ deero. Atq; ut hoc tui necessary sciant, hoc me animo erga te esse, velim facias eos per literas certiores, ut si quid tibi opus sit, ne dubitent, mihi iure suo denunciare. M. Bollanum virum bonum & fortem, & omnibus rebus

ORNA-

EPIST. FAM.

arnatum, meumq; veterem amicum tibi magnopere co-
 mendo. Pergratū mihifeceris, si curāris, ut is intelligat
 hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse.
 Ipsum virū optimum gratissimūq; cognosces. Pro-
 mitto tibi, te ex eius amicitia magnā voluptatem
 capturum. Præterea à te peto maiorem in modum pro
 nostra amicitia & pro tuo perpetuo in me studio, ut in
 hac re etiam elaborēs. Dionysius servus meus, qui in eam
 bibliothecam multorum nummorum tractantem, eum
 multos libros surripuisset, nec se impune laturum puta-
 ret, aufugit. Is est in provincia tua. Eum & M. Bolla-
 nus familiaris meus, & multi alij Narrone viderunt.
 Sed cum se à me manumissum esse diceret, crediderunt.
 Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum di-
 cere, quā mihi gratum futurum sit. Res ipsa parua,
 sed animi mei dolor magnus est. Ubi sit, & quid fieri
 possit, Bollanus te docebit. Ego si hominem per te recu-
 perāro, summo me à te beneficio affectum arbitrabor.
 Vale.

M. T. C. ALLIENO PROC.

S. P. D. 78.

Democritus Sicyonius non solum hospes meus est, sed
 etiā, quod non multis contingit, Grecis præser-
 tim, valde familiaris. Est n. in eo summa probitas, sum-
 ma virtus, summa in hospites liberalitas & observantia,
 meq; præ cæteris & colit, & observat, & diligit. Eum tu
 non modo suorum civium, verū etiā penē Achaia prin-
 cipem cognosces. Hunc ego tantummodo aditum ad tuā
 cognitionem patefacio et inno. Cognitum, per te ipsum,
 quæ tua natura est, dignum tua amicitia atque hospitio
 indicabis. Peto igitur à te, ut his literis lectis recipias eū

in tuam fidem: polliceare omnia te facturum mea causa.
Dereliquo si id, quod cōfido fore, dignum cum tua ami-
citia hospitioq; cognoueris: peto ut cum complectare, di-
ligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorem in modum
gratum. Vale.

M. T. C. ALLIENO PROC.

S. P. D. 79.

ET te scire arbitror, quanti fecerim C. Auianum
Flaccum: & ego ex ipso audieram optimo & gra-
tissimo homine, quā à te liberaliter esset tractatus. Eius
filios, dignissimos illo patre, meosq; necessarios, quos ego
vnicē diligo, commendo tibi sic, ut maiore studio nul-
los commendare possim. C. Auianus in Sicilia est, Mar-
cus est nobiscum. Ut illius dignitatem praesentis ornes,
rem utriusq; defendas te rogo. Hoc mihi gratius in ista
provincia facere nihil potes. Idq; ut facias, te vehemen-
ter etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. CICERONIS EPI-
STOLARVM FAMI-
LIARIVM

LIBER XIII.

M. T. C. TERENTIAE ET TVLLIAE
ET CICERONI SVIS, S. D. I.

ET literis multorū, & sermone omnium perfertur
ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudi-
ne esse: nec animi, nec corporis laboribus defatigari.
Me miserū, te ista virtute, fide, probitate, humanitate in-
tantas